



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CCLIV. Bischof Siegmund von Camin unterstützt die von dem Rath zu Prenzlau unternommene Gründung des Gertraud-Hospitals durch einen Ablaß, am 4. Juni 1444.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

OCLIV. Bischof Siegmund von Camin unterstützt die von dem Rath zu Preizlau unternommene Gründung des Gertraud-Hospitals durch einen Ablass, am 4. Juni 1444.

Sifridus, Dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Caminensis, Vniuersis et singulis christi fidelibus vtriusque sexus presentes nostras literas inspecturis Salutem et sinceram in Domino caritatem. Quoniam, vt ait apostolus, Omnes stabimus ante tribunalis cristi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme nunc operibus bonis preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminet parce et metet et qui seminet in benedictionibus, de benedictionibus et metet, vitam eternam. Cum igitur vt accepimus, honorabiles viri Proconsules et Consules Opidi Premezlowe nostre Dioceseos, quoddam hospitale pro vsu et hospitalitate peregrinorum et pauperum, ibidem in multitudine copiosa cottidie confluencium, et quandam Capellam sub honore sancte Ghertrudis, eidem hospitali annectendam, pro deuocionis affectu salubriter intendant instaurare, fundare et edificare, ad id tamen perficiendum et debitum fructum deducendum proprie eorum non suppetant facultates. Ad cuius fundacionem, instauracionem et edificacionem nostrum consensum pariter et assensum adhibuimus ac tenore presencium adhibemus, Vniuersitatem igitur vestram monemus et in domino exhortamur, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata pro dictorum hospitalis et capelle plenaria faccione et sustentacione caritatis subsidia erogetis, vt per subuencionem vestram dictorum hospitalis et Capelle inopie consulatur et vos per hec bona et alia opera pietatis, que Domino inspirante feceritis, ad eterna possitis gaudia peruenire. Nos eciam auctoritate nostra ordinaria omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui in premisis, elemosinas suas erogauerint seu manus adiutrices porrexerint aut ab aliis id fieri procurauerint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, suffragiis confisi quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer indulgemus. In quorum omnium fidem et testimonium premisorum, presentes nostras literas sigilli nostri appensione, fecimus communiri. Datum in opido Stetin, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, quarta die mensis Junii, nostro sub secreto presentibus appenso.

Nach Westmann's Abschrift des Originals.

OCLV. Notiz über den kurfürstlichen Consens für Gaspar Sindstedt, dem Kaland zu Preizlau gewisse Gebungen wiederkäuflich zu verkaufen, vom 29. April 1445.

Item zu dencken, das mynes herren guaden Jasparn lynstede Im vnd sine erben, zu Rutenicz wonehafftig, gegonnet vnd erlobet hot, das er den Andechtigen vnsern lieben getruwen Meister franczen hoppen, techant, ern peter Templin, ern peter Stoynen, vorstendern, vnd gemeynlichen allen kalandes herren vnd Brudern des kalandes zu premezlow